

DK. 272, 18. (X 1993645)

Ze
4710

EPITHALAMIA

Cum solemnibus votorum appreciatione.

FESTIVITATI NUPTIARVM PRAE-

STANTISSIMI ET DOCTISSIMI VIRI

Domini FLORIANI SDVNECII Illustris

Gymnasij Portensis Musici,

Sponsi.

ET

LECTISSIMÆ PVDICISSI-
MAE QVE VIRGINIS VVALDPVVGIS,

prudentissimi & spectatissimi viri Domini THOMÆ

MOLLERI Consulis Lucensis filia.

Sponsa.

15. Iunij Annij 96. celebratarum

scripta & dedicata

à

Collegis & amicis.



LIPSIÆ,

FRANCISCVS SCHNELBOLTZ imprimebat.

Typis heredum Beyeri,

1596



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



R

Aja cuculligerum gens non Hymentia Jesu

Legitimè celebrat, ritè nec ista fugit.

Ergo quis annumeret monachis te, Sponse? quis illa

Obijciat verè facta nefanda tibi?

Ille tuus longos tectus licet ardor in annos

Sit: tamen hoc lato proditur ille die.

Et cur non tandem licitus citò prodeat ardor?

Castus adhuc lateat, cur sit & ager amor?

Castus amor cunctis conceditur, ergò probantur

A cunctis tædæ, dulcis amice, tuæ.

Altisonus iubet ipse Deus celebrare iugales

Legitimè tædæ, coniugiumq; probat.

Dignus es ergò, tuum volitet super athera nomen,

Qui benè collegas sic adamare doces.

Grator ego tibi, Sdunecci dignissime sponse,

Et votis tædæ prosequor ipse tuas.

Castæ tuæ sponse mens est, castissima virgo

Est pietatis amans, estq; laboris amans.

Quid reliquas memorem virtutes? unica præstat

Innumeris, nomen quæ pietatis habet.

Hac sine nil pulcrum, deformis at omnis habetur,

Antiquâ tantùm qui pietate caret.

Hac placet ipsa Deo, placet & pia, sponse, virago

Ipsa tibi, placeat sic tibi nulla Venus.

Det Deus, ut semper placeat sua costa marito,

Ac adeant vestram iurgia nulla domum.

Approperet vobis plenis fortuna quadrigis,

Producas flores, sponseq; sponse, tuos:

Floreat ut genus hoc, & qui nascentur ab illo,

Corde tenete fidem, prole replete torum.

Iohannes Pharetratus

Illustris Gymnasij Porten-

sis Pastor.

Siccine, S D V N E C I, complexu virginis ardes?
 Siccine, L V C E N S I S t e p i a v i r g o b e a t ?
 O te felicem ter, te quater atq; beatum.
 Nam cunctis rebus dulce leuamen habes.
 Qualis ab Oceano surgens Tithonia coniunx
 Flammiferis radijs nubila cuncta fugat:
 Talis que thalamum, C H R I S T O duce, S P O N S A salutat?
 Tristia quæq; viro pellit amata suo.
 Qualis Lenæi dulcis liquor irrigat artus,
 Pectoraq; exhilarat, letitiamq; parat.
 Talis, que sponso C H R I S T O moderante sereno
 Vultu, S P O N S A datur, gaudia mille parat.
 Sic beat omnipotens cunctos, qui corde fideles:
 Has pius insignes semper habebit opes.
 Sed mirum cur hanc ducas è millibus unam?
 Displiceatq; oculis illa vel illa tuis?
 Scilicet hæc illa est, quam prouida N V M I N I S unam
 Cura tibi dedit, hæc moribus apta tuis.
 Non mare nectareis piscosum floribus aptum:
 Non turris florum serena grata dabit.
 Sylua tibi profert varianti gramine flores:
 In Sylua flores luxuriare solent.
 Tu, bone S P O N S E, decus charitum, de F L O R E vocaris.
 Prospicit ergo D E V S conueniente loco.
 Tu, pia S P O N S A, refers sylua de nomine nomen,
 Ergo F L O R E bono condecorata venis.
 Floreat æternos F L O R I A N V S saluus in annos,
 F L O R E bono syluam condecoretq; suam.
 Pullulet æternos V V A L D P V R G I S salua per annos,
 Fertilis & F L O R E M pergat amare suum.

C H R I S T E

M. Iustinus Bertuch.

Illustris Gymnasij Porten-
sis Collega.

A L I V D.

Diuæ Salaides culminibus prius
Quam Portæ à foribus nomina finxerant,
Excepit gremio Porta viraginum

Rasarum tepido manum:
Postquam Salaides culminibus Deæ
Portæ de foribus nomina dixerant,
Ignavo pecori hæc pontificum sacras

Suffecit monachis dapes,
Novit neuter ibi præmia Cypriæ,
Exosam thalami degere nouerant
Vitam, quisq; hyemes frigidus haud breues
Deserto iacuit thoro.

Ast ô Diua mihi dic age, lubrica
Rerum quæ varias perpetuo vices,
Et semper solita alterna reuisere,
Quæ te iam cogito lubens.

Segnes rumpe moras, en age quid vetat
Flammæ quò sociæ foedere compares
Mittas protinus hîc sub iuga ahenea,
Et nectas mutuâ fide,

Est per Saxonæ Palladijs Duces
Technis Ensiferos consitus hortulus
Numburgi à validis moenibus haud procul,
Fuluis quem sala aquis lauit.

Corpus Theſſalicis plurima cernitur :
Salanuſq; frequens impedit humida
Lauro tempora virgine :

Illic Tænarides cæruleus nitet,
Et FLO S I D A L I Æ qui nimium breuis
Nato Lyriopes mollibus inficit
Auras ſemper odoribus :

Cur frondosa parum confociare amat
V L M V S cum tenera V I T E volatiles
Umbras? Flora ſalæ cur ibi taliuna
Prouentum negat accolis?

Sed tandem vacuos mitior hortulos
Noſtros floribus hæc talibus induet :
Namq; inſignis adest indicio F R V T E X
De D R E S D A nuper huc fatuſ.

Prelo diſſilijt preſſa bis vva nunc,
Dum ſemper viduus frondibus extitit,
Sed mox hic feriet vertice ſidera
V L M O iunctuſ amabili.

Noſtris nam bibulis hauſimus auribus,
Succoſ huic riguoſ, qui imperio regit
Lucenæ cūriæ munia publica,
Inſtillaffe nūperrimè.

Huiuſ lateribus dum patulum inferit
Ramum, quo fruticeſ deſerat & ſuiſ
Ramis ocyuſ hic brachia millia
Arbor fundat amabilis.

O quàm conueniens antidotum, licet
Sit vni adhibitum , præterea tamen
Mentem vnam è gemino pectore floridam
Inter ſe ſociat fide.

At

At lætare FRVTEX mox numeraberis
Inter ligna : tuis pectora gaudijs
Pertentes, tibi quæ sæpe petita sunt,
Concessit tibi nunc Trias,
En felice virago tibi ducitur
Tæda præcipuis fulgida dotibus.
Certat moribus hæc, crede, Sufannulæ
Necnon ore Rebecculæ.
Ah quousq; tuæ Sponse moraberis
Iam Sponsæ roseis diuidere oscula
Labris? quid refugis vitis amabili
Vlmo adiungere te tuæ.
Astrorum è folio rex hominum tibi
Hanc sponsam. mutuis pectore amoribus
Fido depluit, ergo tibi conuenit
Sponsæ basia figere.
Felix terq; quater, si bona noueris,
Quæ nunc suppetijt cunctipotens tibi,
Permutare velis queis neq; secula.
Quæ fluxere saturnia.
Hinc collega tibi ex pectoris intimi
Claustris sponse precor, connubium modò
Ingressu veluti fidere prospero
Fausto desinat vt tuum.
Vt ceu verticibus quercus in æthera
Surgens floruit in secula plurima :
Sic annos totidem iam precor vt tuâ
Sponsâ sponse feras caput.
Enodis abies crinibus vt suis
Haud vnquam viduatur Getico gelu :
Sic nec decutiant frigore ramulis
Frondes sponse tuis niues.

Vinea.

Ze 4710

Vincatistiliam malleolis breui
Pinguem, quo simul ac conspicuam graui
Prouentu superetis quoq; amygdalum,
Vobis ex animo precor.

Quid si Salaides infererent choris
Insignem ante alias hanc neonymphulam?
Spondent: inq; vicem frondibus arbores
Concussis strepitu annuunt.

M. Andreas Seiba,
Illustris Gymnasij Por-
tensis collega.

A L I V D.

Dum rosa purpureo florct saturata colore,
Dumq; polo cancri feruida signa micant:

En tibi sponse paras sacrum sociale, perosus
Iam pridem vacui tadia longa thori.

Et nunc fonte sitim releuas lucente molestam,
Et fundit Veneris pocula plena puer:

Eia age tolle sitim, ne te quoq; Sirius ardens
Ladat, & indomito corda calore necet.

Sacra sitim possunt hanc connubialia solam
Tollere: non aliã tollitur arte malum.


Longa dies, blandusq; calor, cancriq; rubentis
Sidera sint tadia tessera certa tuis.

M. Ambrosius Bardenstein
Annæbergensis, scholæ Lipsiæ ad
D. Thomam collega.

F I N I S.

Mil





B.I.G.

Farbkarte #13



X-1993645)

Z e
4710

ALAMIA

torum appreciatione.

VITATI
RVM PRAE

DOCTISSIMI VIRI

NI SDVNECII Illustris

ortensis Musici,

sponsi.

ET

Æ PVDICISSI-

IS VVALDPV RGIS,

ssimi viri Domini THOMÆ

Consulis Lucensis filia

Sponsa.

96. celebratarum

a & dedicata

à

s & amicis.



SIAE,

HNELBOLTZ imprimebat.

aredum Beyeri,

1596

